33. Processo intentato davanti al giudice podestà di Como, dal capitolo di S. Vittore di Balerna contro il comune di Sagno circa la decima delle castagne.

1295 dicembre 14. Como

Super questione ... coram domino Bassiano de Vistalino iudice causarum pallacii comunis de Cumis cognoscente loco et vice domini Gilberti de Bonaparte iudicis et nunc vicarii domini Ubertini Vicecomitis potestatis comunis Cumarum. Inter dominum Rugerium de Bimio nomine sancti Victoris de Balerna et Aliolum ser (servitorem ?) notarium Cumanum sindicum et nomine comunis et hominum et singularum personarum de Sagnio occaxione decime castanearum. Il comune è disposto dare decimam secundum consuetudinem. Il capitolo domanda ut castanee estimantur. Sentenza di Bassiano, in base a un consilium di Fomaxius de la Fontana iurisperitus Cumane civitatis a favore del capitolo : casteneas esse existimandas.

Perg., arch. cap. Balerna.

34. Capitolo degli statuti di Como circa la garanzia che devono prestare annualmente i comuni del contado per la sudditanza e i contributi.

1335, Como

I 164. Item statutum est quod comunia burgorum et locorum episcopatus Cumarum decetero non cogantur pro omnibus negociis que haberent facere cum comuni Cumarum sequellis, et de non tenendis bannitis, et de non dando bannitis auxilium, et de non permittendo piscari, et de non tenendis mensuris non signatis, et piscibus consignandis, et non tenendis bisclatiis nec permittendo teneri, et similibus facere nisi unam securitatem pro predictis omnibus comuni Cumarum. Et quod illa securitas valeat uno regimine pro omnibus et singulis suprascriptis ... Salvo quod hoc capitulum non habeat locum ad offitium malefitiorum. Et quod fideiussores comunis burgi non teneantur de aliquibus condemnationibus que fierent ossasione huiusmodi securitatis de aliquo comuni burgi ultra libras 100 nov., et fideiussores comunis loci ... ultra libras 50. Comunia vero teneantur ad totum. Et faciat securitas et sequella in hunc modum: Coram domino A[14]) judice et vicario domini B potestatis Cumarum veniens C sindicus comunis et hominum burgi de D constitutus ad hanc securitatem et sequellam ... juravit ... quod etc. juxta verba de sequella statuti[15]). Et ponant omnia verba de sequella in statuto posita et securitatem et promissionem sindicario nomine pro eis libris ducentis nov. et si fuerit sindicus ville libris centum nov., obligando ipsum comune et homines et omnia eorum bona pigneri ... quod comune et homines observabunt predictum sequelle iuramentum et suprascripta omnia et singula fideliter attendant et observabunt. Et solvant comuni Cumarum totum id quod ipsum comune et nunc et in toto tempore seu regimine presentis domini potestatis debet et debebit comuni Cumarum pro fodris mutuis sale vel condemnationibus vel pro alia aliqua occasione ... Pro quo quidem sindico seu pro predicto comuni et hominibus et pro predictis omnibus et singulis principalem constituit debitorem obligando se et omnia sua bona pignori E ... — 1340 luglio 21 additum est quod in instrumentis sindicatuum ponatur quod comunia profiteantur

[14]) Le lettere : A. B. C. ecc. sono state da me aggiunte per meglio chiarire.

[15]) Non ho trovato lo statuto relativo.

et confitantur se esse subiectos iurisdictioni comunis Cumarum, et de iurisdictione comunis Cumarum.

I 17. Indennità per i sevitores euntes ad requirendum comunia episcopatus Cumarum pro sequellis et securitatibus faciendis: comunia plebium Zezii, Fini, Balerne, Ogiate, Eppe sci. Vitalis et a monte Cinere citra et ab Olonio infra: comune burgi imp. 14, comune loci imp. 6; ultra monte Cinere et ab Olonio supra: comune burgi sol. 2, comune loci imp. 9.

I 19. Quod aliqua comunia et homines tam nobiles cives quam vicini burgorum et villarum iurisdictionis Cumane non cogantur decetero ad requisitionem seu postulationem comunis Cumarum vel alicuius alterius comunitatis universitatis societatis capituli vel collegii vel alicuius persone facere aliquam securitatem vel cautionem cum fideiussoribus vel sine. Nisi secundum modum et tenorem qui inferius continetur. Et quod tenores infascriptarum securitatum seu cautionum valeant in favore comunis. Cumarum et cuiuslibet habentis ius acquisitum a comuni Cumarum occasione sequellarum et cuiuslibet offitii malefitiorum, victualium, exactionis eris comunis Cumarum et fictorum banitorum vel debitorum comunis Cumarum et offitii caneve et scribarum pallatii comunis Cumarum et occasione cuiuslibet offitii emergentis vel quod emergere posset occasione regiminis unius potestatis vel rectoris Cumarum et etiam occasione cuiuscumque pedagii vel datii vel iuris per comune Cumarum dati, concessi vel venditi ... quocumque modo. Et quod ipse cautiones fiant semel in quolibet regimine et non plus. entro 1 mese postquam fuerint requixiti, altrimenti possint cogi facere securitates pro quibuscumque pedagiis datiis et sequellis ac offitiis regiminis comunis. Cumarum more solito. Formule identiche o analoghe a quelle dello Stat. I 164 (v. sopra):
Formule identiche o analoghe a quelle dello Stat. I 164 (v. sopra):

de non tenendo aliquos hereticos vel banitos alicuius maneriei vel confinaticos nisi ibi fuerint sua confinia constituta in eorum burgo, loco vel territorio.

et de non dandum eis cibum nec potum, auxilium consilium vel favorem.

et de non tenendo mensuras non signatas.

et de colligendo solvando vel consignando ficta redditus gaudimenta banitorum et debitorum comunis Cumarum secundum quod precepietur eisdem.

et de non tenendis nec permittendis teneri aliquibus bisclattiis [16]) in eroum burgo loco vel territorio.

et de tenendis stratis tensis [17]) in eorum burgis locis et territoriis.

et de non essendo in aliquo tractatu liga iuramento promissione vel consensu quibus auferatur vel diminuatur vel proinde diminui possit comuni Cumarum aliquis honor vel proinde potestas amittere possit vitam sanguinem membrum vel honorem.

et de solvendo et sustinendo omnia fodra mutua impositiones salis et alia omnia onera et conditia et condemnationes imposita vel imponenda tempore regiminis predicti.

et de obediendo omnibus preceptis et de ea servando et adimplendo, que eis fient ex parte domini potestatis et cuiuslibet eius iudicis malefitiorum vel victualium vel causarum palatii vel exactoris eris comunis Cumarum.

et de solvendo omnia predicta ad canevam comunis Cumarum ad terminos qui ordinabuntur, in bona pecunia numerata tantum.

Collocazione di un fideiussor. Hoc addito quod nobiles et cives plebium non tenean-

---

16) bisclatia: giuochi d'azzardo; ne derivò poi la voce bisca.

17) tensare = defendere, securum facere (Du Cange).

tur nec conveniri possint nisi tantum pro illis oneribus et conditiis de quibus tenentur de iure secundum formam statutorum comunis Cumarum et cuiuslibet alterius iuris.

Inoltre (ancora formule come sopra) sindicus promisit et cautionem fecit: de attendendo servando faciendo et adimplendo singula ea et omnia que predictum commune et homines nobiles cives et vicini et quilibet eorum attendere ... tenentur occasione datii vini quod venditur seu vendi debet ad minutilum.

et datii vini imbotati vel quod imbotabitur.
et datii farine et duplicationis eius.
et mensurature ceparum [18]).
et occasione pedagii vini quod ducitur extra iurisdictionem Cumarum.
et pedagii magni interciati (?) mensurature carbonis.
et occasione datii bestiarum.
pedagii balletarum.
datii rodisinorum.
equature et corture mensurarum.
pedagii salis.
datii farine frumenti.
pedagii ballarum.
pedagii veteris.
pedagii et mensurature salis.

et de servando ... singula et omnia statuta et capitula et verba apposita et inserta in instrumentis factis occasione ipsorum pedagiorum et datiorum ... sub pena ... que continentur in instrumentis predictorum pedagiorum et datiorum ... factis per comune Cumarum ...

I 199. Onorari: comune burgi sol. 4, comune ville sol. 3 agli scribe palatii, et approbatur seu laudator securitatum comunis Cumarum: imp. 6 pro quolibet comuni.

I 200. La cauzione viene fissata in base all'estimo di ogni comune. Comune ... si fuerit in facultate librarum 200 den. nov. vel abinde infra, faciat cautionem de libris 50 nov., per facultas fino a 400: libr. 100. etc., 2000—3000: 400, oltre 3000: 500, comune teneatur ad totum, il fideiussor solo fino all'ammontare della cauzione.

Como, biblioteca civica, Cod. magno degli Statuti del 1335.

35. Processo tra l'arcivescovo di Milano e certi nobili di Lugano circa le decime della Val Carvina.

1348 agosto 25, Lugano

In palacio comunis Lugani ubi ius redit dominus Jacomatius de Ferrariis de Viglevano vicarius burgi Lugani et vallis pro magnificis dominis Mediolani, Cumarum dominis generalibus etc. ... Cum questio verteretur inter ... dominum Johannem Vicecomitem ... sancte Mediolanensis ecclesie archiepiscopum ex una parte, et dominum Benolum Ruscham ac dmn. Romerium et nepotes eius de Trevano, Petrum et Johannem fratres de Penzia et Petrum de Roy ex altera, coram sapienti viro domino Citadino de Citadinis olim vicario in temporalibus dicti domini archiepiscopi occaxione decime decaniarum de Sigirino de Mediovicho de Ixono de Camignolo de

[18]) usaticum ceparum seu redditum quem percepit dominus rex in ortis (Du Cange) ?

Bironicho de Rivera et de Medelia episcopatus Cumarum et occaxione cuiusdam sequstri facti de decima decaniarum de Mediovicho de Ixono et de parte quadam decime certarum terrarum contentarum in decaneis predictis de Camignolo de Bironicho de Rivera et de Medelia per vicarium Lugani. Citadinus prese 2 consiliari os, i quali celebrarono il processo e proposero il seguente giudizio: decimam vicinantie de Sigirino dicti episcopatus Cumarum de iure pertinere et spectare dicto domino archiepiscopo et eius archiepiscopatu et ecclesie sue tantum et in totum. item tale est: decima vicinanciarum seu decaniarum de Camignolo de Bironicho de Rivera et de Medelia predictarum pertinere et spectare de iure dicto domino archiepiscopo ... tantum et in totum excepta illa decima illarum terrarum incluxarum in predictis quatuor decaneis seu vicinantiis et eorum terratoriis de quibus specialiter fit mentio in sacramento predicto prestito per dictum dominum Benolum hoc anno de mense aprilis coram vicario Lugani ad mandatum dicti domini Citadini ..., decima quarum dictarum terrarum contentarum in dicto sacramento videtur spectare de iure dicto domino Benolo iuxta formam dicti sacramenti et alia producta pro parte dicti domini Benoli. item tale est: decima de Ixono predicto de iure in totum pertinere et spectare dicto domino Benolo. item tale est: decima vicinantie seu decanie de Mediovicho de iure in totum pertinere et spectare dicto domino Romerio et eius nepotibus, Petro et Johanni fratribus de Penzia et Petro de Roy. item tale est: sequestrum factum de decima decaniarum de Mediovicho de Ixono et de parte predicta decime terrarum in sacramento predicto contentarum dictarum decaniarum de Camignolo de Bironicho de Rivera et de Medelia pertinere et spectare dicto domino Benolo per vicarium de Lugano esse dictis dominis Benolo et Romerio et predictis eorum consortibus esse de iure relasandum. Il giudizio viene così emanato da Lafranchinus de Bobio iurisperitus, prefati ... archiepiscopi vicarius in temporalibus, generallis successor et locumtenens dicti domini Citadini ..., in camera nobis deputata in curia eiusdem ... archiepiscopi, 1348 maggio 16. — Al 25 agosto emana dominus Iacomatius de Ferrariis ... vicarius Lugani ... un mandato ad istantiam et requisitionem domini Benoli Rusche de Cumis ai comunia vallis Carvyne, intimando loro di pagargli le decime per il 1346 e il 1347. Il sequestro del tunc vicarius Lugani viene revocato. Segue una dettagliata valutazione delle decime ... Ego Morandus de Ferrariis f. suprascripti domini Jacomatii vicarii Lugani et vallis hoc preceptum de mandato ipsius domini vicarii scripsi et suscripsi.

Perg., copia coeva, arch. com. Isone.

36. Due frammenti degli statuti del borgo di Lugano del 1370.

a.

In nomine omnipotentis domini nostri Iesu Christi, ac beate virginis Marie matris eius et beatorum apostolorum Petri et Pauli atque beati Laurentii protectoris nostri et tocius curie celestis, amen. Infrascripta sunt statuta comunis et hominum burgi de Lugano facta et compilata anno Domini millesimo trecentesimo septuagesimo de mense decembris, in regimine nobilis viri domini Mafioli de Castiliono vicarii Lugani et vallis pro magnifico et excelso domino Galeaz Vicecomite Mediolani, Cumarum etc. imperiali vicario generali, et per ipsum confirmata anno MCCCLXXI die quinto mensis aprilis, ut in fine eorum statutorum continetur, scripta dicta confirmatione per Iohan-

nem de Leffe notarium Pergamensem de mandato et conscientia prefati magnifici domini nostri.

I. De sacramento rectorum in principio sui regiminis.

Imprimis, quod vicarii sive rectores qui nunc sunt sive per tempora erunt, teneantur et debeant tempore intreytus sui regiminis iurare corporaliter ad sancta Dey evangelia manibus tactis scripturis, de fatiendo et exercendo offitium sui regiminis bene, iuste et legaliter sine fraude, et de observando statuta et provixiones facta et factas, et que decetero fient per comune Lugani toto suo posse, dum non sit contra honorem et statum magnifici domini nostri et suorum successorum.

(In fine dictorum statutorum) :

In nomine Domini, amen. Anno nativitatis eiusdem millesimo trecentesimo septuagesimo primo, indictione nona, die quinto mensis aprilis, in civitate Papie, in domo habitationis infrascripti domini Iohannis. Nobilis et sapiens vir dominus Iohannes de Fondera de Lucha iurisperitus, vicarius generalis magnifici et excelsi domini domini Galeaz Vicecomitis Mediolani etc. imperialis vicarii generalis, cui per prefatum magnificum dominum comissa fuit examinatio, detractio, diminutio, additio et correctio statutorum suprascriptorum, suprascripta statuta et quodlibet ipsorum tamquam equa hodie aprobavit, ratificavit et confirmavit, et approbat, ratificat et confirmat, decernens eisdem tamquam equis et veris statutis fidem debere plenariam adhiberi : salvo si in aliquo ipsa statuta vel aliquod ipsorum derrogarent vel derrogaret iurisdictioni quam habet civitas Cumarum in dicta terra Lugani, non possit dicta statuta vel aliquod eorum in eo casu in quo derrogarent habere locum. Iubens michi notario infrascripto ut de predictis confitiam publicum instrumentum. Et hoc presentibus testibus Francischo de Piscia, Martino de Soncino, Petrolo de Canturio et pluribus aliis. Ego Iohannes de Leffe pergamensis publicus imperiali auctoritate notarius ac scriba prefati domini Iohannis suprascriptas aprobationem, ratifficationem et omnia et singula suprascripta et quodcumque eorum, de mandato eorum, de mandato prefati domini vicarii abreviavi et eas et ea in formam presentis publici instrumenti redegi et me subscripsi signo meo aposito consueto in testimonium eorumdem.

La copia conservata in APL era trascritta dal not. Francesco f. q. Iohannoli Menicati notaio del comune di Lugano « quorum statutorum et iurium dicti comunis sum gubernator ».

b.

Incipit capitulum de daciis, pedagiis, sosta, tolomeo et aliis stravargantibus.

CLXXXXVIII. Primo. Quod mercatores qui ducent ballas teneantur dare comuni de Lugano pro sosta.

Imprimis statuerunt quod mercatores qui ducent ballas teneantur dare comuni de Lugano pro sosta pro qualibet balla que venerit seu ducta fuerit ad burgum Lugani denarios quatuor secundum consuetudinem, et de qualibet mercimonia et de quolibet equo tam bene cargato seu ponderato quam male cargato similiter denarios quatuor; et denarios quatuor de quolibet sacheto crestali. Et de qualibet barile vini et olei et aliarum rerum que vadunt seu ducontur in carrum, denarios quatuor. Et quod de predictis rebus debeat solvi predicta sosta, ut supra, sive ducantur ad sostam, sive non. Et quod si alie res ducerentur ad sostam voluntate ducentis, solvere debeant sostam. Et quod si dannum incurerit in rebus pro quibus debet solvi sosta penes hospites vel alias personas ubi deposite essent extra sostam, quod habentes dictam sostam nullum dannum paciantur exinde, nec ad emendam aliquam teneantur. Et

nichilominus teneatur ad solucionem dicte soste. Et quod quilibet habens vel qui habebit dictam sostam, teneatur et debeat conservare indemne et indemnes comune et homines de Lugano ab omni briga, lesura et damno in quibus dictum comune incurrere posset ipsa occaxione. Et de hoc bonam securitatem facere et dare teneantur.

(LXXXXVIIII. Quod statera ballarum vendatur, et incantatores teneantur dare comuni de Lugano de qualibet balla.

Item statuerunt quod statera ballarum vendatur, et incantatores teneantur dare comuni de Lugano de qualibet balla denarios duos. Et ille qui emerit pedagium, denarios duos pro qualibet prima balla pro pessatura ipsarum ballarum. Et hoc intelligatur de illis ballis que vadunt ad cazafaxum.

(C. Quod comune Lugani seu ille qui emerit stateram formagii, habeat de quolibet pondere a libris. X. supra.

Item statuerunt quod comune Lugani seu ille qui emerit staderam formagii habeat (et habere debeat ?) de quolibet pondere a libris X supra, pro quolibet pondere denarios tres.

Frammento trovato nel 1909 nella Schächental, ora nell'archivio Patriziale di Lugano. La scrittura è del XIV sec., per cui è certo trattarsi degli statuti di Lugano.
Trascrizione : L. Moroni-Stampa.

37. Il comune di Salorino affitta la sua parte dell'alpe Genero al nobile Sisinio della Torre di Mendrisio.

1375 marzo 26, Mendrisio

Convocata et congregata vicinantia comunis et hominum et singularum personarum loci et vicinancie de Selorino plebis Balerne in burgo Mendrixii iuxta gubertum dicti burgi de Mendrixio ... precepto et impoxicione Andrioli dicti Pichani consulis et inantea dicti comunis et hominum de Selorino. Presenti 11 vicini et habitatores comunis et hominum de Selorino qui sunt due partes trium parcium dictorum vicinorum dicte vicinancie videlicet sunt omnes et nullus minitus (?) ... qui ... suis propriis nominibus et nomine et vice comunis et hominum de Selorino investiverunt iure et nomine locationis ad fictum faciendum ser Suxenum de Laturre de Mendrixio f. q. domini Guidini de Laturre de Mendrixio. nominative de sua parte contingente alpis Generi et quam spectat et pertinet dicto comuni et hominibus de Selorino ... hinc ad festum sancti Martini et deinde ad annos septem tunc proxime sequentes et deinde inantea ad voluntatem parcium. ita quod ... ser Suxenus ... facere possit quicquid massarius de rebus huius modi locatis ad fictum conductis ... Proprietatem vero predicte sue contingentis partis dicte alpis Generi super locata cum suis iuribus vicini ... (in se retinuerunt). Pro ficto solvendo ... contenti et confessi fuerunt ... se recepisse et habuisse a scripto ser Suxeno de Laturre de Mendrixio libras vigintiseptem denariorum novorum pro ficto huius locationis et pro completa solutione et integra satisfactione predictorum annorum et singulorum ... Ego Pololus de Selorino not. Cumanus.

Perg., arch. Torriani Mendrisio No. 1 (parecchi buchi e grandi macchie).

38. Simonolo Rusca di Bironico vende parte di una decima di Isone a Mino de Carnevariis di quest'ultima località. La decima era stata acquistata dal Rusca a parecchi Torriani. Il de Carnevariis la permuta a sua volta con beni del Comune di Isone.

1377 giugno 25. Bironico

a.

Dominus Simonolus Rusca de Bironico f. q. domini Bennoli de Rusconibus de Cumis qui habitant in loco de Bironico vallis Carvyne vende ad proprium a Minus de Carnevariis de Ixono $^{16}/_{27}$ della decima di Isone que spectavit dominis Bettolo Iacomolo et Petrolo fratribus f. q. domini Petri Zerbi de la Turre de Mendrixio et Donato de la Turre de Mendrixio eorum nepoti f. q. ser Nichorolli necnon Franzischo f. q. domini Zanini de la Turre de Mendrixio. dai quali Simonolus l'acquistò. La decima ammonta a due somae sicalis e due somae panici, ed è dovuta dal commune et homines et singulares personae. Prezzo libr. 160 den. nov. Actum in loco de Bironico subtus lobio magno venditoris. Pro notarii dominus Georgius de la Turre de Mendrixio f. q. domini Guidini de la Turre de Mendrixio qui habitat in burgo de Mendrixio. Antoniolus filius venditoris. Godenzolus et Antoniolus fratres f. q. ser Petri Rusche de Bironicho.

b.

In publica et generali vicinancia de Ixono ... congregata in loco de Bironicho subtus lobio maiori domini Simonoli Rusche ubi sepius dicta vicinancia congregatur ad sonum tabulle. impoxitione di due nominati amborum de Ixono consulum comunis et hominum scripti loci et territorii de Ixono. Il Comune permuta con Minus de Carnevariis. Quello dà per la decima ora acquistata dal de Carnevari una pecia in territorio de Ixono ... cum omnibus .. viganalibus.

2 Perg.. arch. com. Isone.

39. Vendita di una casa in Lugano la quale era stata incamerata dal duca Galeazzo Visconti.

1379 settembre 18. Lugano

Cum ita sit quod sapiens vir dominus Petrus Garbexius de Pixis f. q. domini Francischi tunc generallis officiallis olim bone memorie magnifici et excelsi domini domini Galleaz Vicecomitis, Mediolani Cumarum etc. imperiallis vicarii generallis super bonis rebellium banitorum et condempnatorum et alliorum quorumcumque bonorum tunc camere prefati domini confischatorum quocumque modo ... fecisset vendicionem ad proprium liberam et francham Iohannollo et Tamo fratribus filiis ser Lucini de Guisbertonibus de Lugano. nominative de sedimine uno ... in burgo Lugani ubi dicitur in contrata de Canova .... quod sedimen cum omnibus suis iuribus et pertinentiis fuit in bonis et de bonis Francii dicti Rizii Mutti de Lagima (La Cima) cuius universa bona tunc erant camere prefate domini et per prefatum dominum de sua plenitudine potestatis confischata ratione et occaxione in dicta procura contentis, pro precio librarum 250 den. nov. instrumentum scriptum per Maffiolum de Consillio de Lugano

notarium anno 1372 ag. 17. I Giusbertoni vendono ora la casa a Johannes Zullierus per lo stesso prezzo più libr. 12 pro mellioramento e libr. 4 pro factura instrumenti. La vendita vien fatta presente vollente et consentiente suprascripto domino Francia Matto de Lagima et predicta petente debere fieri.

Perg., arch. st. Milano S. Abb. 114.

40. Sentenza mediante la quale la comunità di Camignolo è condannata a cedere quote di alpi e pagare censi in natura a parecchi fratelli Rusca di Bironico; e ciò a saldo di debiti.

1392. Bironico

Nobilis vir dominus Maffiolus de Ruschonibus de Bironicho f. q. nobilis viri domini Benoli Rusche de Cumis habitantis in castro Bironichi, quale arbitro eletto in una lite vertente tra domini Antoniolus, Georgius, Guidinus, Lucholus, Zanolus fratres f. q. domini Symonoli Rusche de Bironicho vallis Carvyne da una parte e il comune et homines et singulares persone vicinantie locorum de Camignolo, Cressino et Bellio dall'altra, emette la seguente sentenza: quod alpes et pasture comunis et hominum de Camignollo et comunium et hominum de Bironicho, de Medelia et de Ixono iacentes in territoriis dictorum quattuor comunium et hominum ... ubi dicitur in alpibus de Canagio et de Cheno ... cui coheret a mane pastura ecclesie episcopalis Cumane que tenetur per illos de Montagna plebis Porlezie in parte et in parte comunium et hominum de Ixono et de Lamone ubi dicitur ad Travornum, a meridie similiter ubi dicitur ad Guzaram, a sero similiter ubi dicitur ... et in parte pastura dictorum comunium et hominum de Medelia et de Ixono ubi dicitur ad Pronuchenum, a nullaora pastura comunium et hominum burgi et comitatus Birizone ubi dicitur ad Prancham solarezia in et ad stagium de Pongia de Cheno et ubi dicitur ad Dossum ... ad Bocham Doraxii ... ad Colmenigiam ... ad sassum sternum, que spectant comunibus et hominibus de Camignollo de Bironicho de Medelia et de Ixono, pro quarta parte que spectat dictis comuni et hominibus de Camignolo Cressino et Bellio spectet et pertineat dictis fratribus de Ruschonibus vigore infrascriptorum instrumentorum.

Ai Rusconi vengono analogamente assegnati i seguenti alpeggi: pastura dictorum trium comunium de Camignolo de Bironicho et de Medelia iacens in territoriis dictorum trium comunium ubi dicitur ad alpem de Planziis cui coheret a mane valis de Cadenazio, a meridie comunis et hominum de Ixono in parte et in parte comunantia que fuit acomunata ut asseritur per dictum comune et homines de Camignolo, Cressino et Bellio cum suprascripto comuni et hominibus de Medelia ... ad Fontanellam de Stillis, a sero comunantia comunis et hominum de Bironicho ubi dicitur Curte superiore et in parte domus ecclesie sancti Iohannis ubi dicitur ad Cugniolum de Medeliga, a nullaora vallegium de Calmegniono in parte et in parte dictorum fratrum de Ruschonibus que spectat ai tre comuni, pro tertia parte.

Item alpes et pastura comunium et hominum de Camignolo de Bironicho de Medelia et comunis et hominum de Rivera ubi dicitur alpis de Grumo cui coheret a mane domus ecclesie ... ubi dicitur ad Cugniollum de Medeliaga, a meridie comunantia comunis et hominum de Bironicho ubi dicitur in Curte superiore, a sero pastura comunium de Bironicho et de Rivera ubi dicitur ad Canigiolum de Agra in parte et in parte mons terre montis de Carascha e diversi confinanti privati, a nulla ora in parte strata per

quam itur ad ecclesiam sancti Leonardi et in parte communantia communis et hominum burgi et comitatus Birizone ubi dicitur in Argario, que spectant ai nominati quattro comuni, pro quarta parte.

Item quod commune et homines de Camignolo Cressino et Bellio debeant solvere dictis Antoniolo Georgio ... fratribus omni anno ad sanctum Martinum somas 2 1/2 sichallis, 2 1/2 millii, somas 2 quart. 2 panici, quart. 2 frumenti, staria 20 castanearum pistarum et sicharum pro solutione illarum librarum 1036 et sol. 7, per la qual somma i detti comuni obligati et condempnati sunt occaxione cuiusdam rationis ... scripte in quartino dictorum fratrum videlicet: segue l'elenco dei diversi mutui dal 1380 ott. 5. 1381 gen. 19. 1383 ag. 26, etc. per libr. 50, 32, 70 etc. Il comune ha un diritto di prelazione per il riacquisto degli alpi de Planziis, de Agrumio tantum per libr. 400 den. nov. et non ille de Canegio nec de Cheno. Prezzo di riscatto dei ficta pure 100 libr.

Actum in loco de Bironicho in domo habitationis notarii infra-cripti. Tra i testi: ser Mafiolus Rusca f. q. domini Gabardini Rusche de Bironicho qui habitat in castro de Bironicho. Pro notarii, tra altri, Pertrolus et Johansolus fratres f. q. ser Gaudenzoli Rusche de Bironicho omnes tres habitatores dicti loci de Bironicho.

Ego Iacomolus de Pocobellis publicus imp. auct. not. Lugani f. q. ser Antonii ac consul ad hec electus constitutus et deputatus per consilium generale communitatis Lugani et vallis ac Ripperie et pertinentiarum imbreviaturam huius instrumenti ... vidi legi et examinavi et me suscripsi 1438 dic. 16 et hoc secundum formam statutorum et ordinamentorum suprascripte communitatis ... Ego Oltitius de Ruschonibus de Cumis ... constitutus ... ad explendum ... imbreviaturas nunc q. Zanoli Ponzelli olim notarii publici Cumarum ...

Perg., arch. patr. Camignolo.

41. I fratelli Rusca di Bironico vendono al comune di Medeglia l'alpe di Caneggio.

1393 giugno 2. Lugano

Antoniolus, Georgius, Guidinus, Lucholus e Zanolus Ruscha de Bironicho qui habitant in loco de Bironicho vendono ad proprium cum dominio et possessione a tre nominati, consules communis et hominum de Medelia: nominative de (parte spectante) omnium alpium aschulorum et paschulorum et iurium aschulandi et paschulandi iacentium et existentium super infrascriptis alpibus iacentibus et existentibus in territoriis de Medelia et de Ixono ... e precisamente de Canegio, de Cheno et de Congiella quibus omnibus coheret a mane pastura ecclesie sancte Marie maioris Cumarum et tenetur per illos de Montagnia plebis Porlezie in parte et in parte pastura communium de Cadampino et de Lamone etc. (come il doc. 40 del 1392) cum omnibus iuribus tam venditori spectantibus quam rebus venditis spectantibus. Prezzo libr. 152 solid. 10 den. nov. pagato de denariis propriis dictorum communis et hominum. Actum in burgo Lugani sub porticu stazione parve communis Lugani.

Perg., arch. com. Medeglia.

42. Il duca di Milano trasmette al referendario di Como una supplica dell'ospedale di S. Maria in Lugano.

1396 ottobre 20.

Supplica inviata dal minister fratres sorores et pauperes hospitalis sancte Marie syte in terra vestra de Lugano destrictus vestri Cumarum al duca Galeazzo Maria Visconti esenzione di talune tasse: datium imbotati (datium vini quod recolligunt), datum molandini, taleae clero impositae. Motivazione: cum ipsi magnas expensas supportent hospitandi pauperes et peregrinos transeuntes de civitate vestra Cumarum ad partes Alamaniae solitum viginti pauperes qualibet nocte quia ipsum hospitale esse solum in spazio miliariorum LX vel circa. Voglia il duca mandare dominis potestati, refferendario vel iudice datiorum ac exactoribus vestrae civitatis Cumarum ... quod ipsos ministrum et hospitale non sinant molestari nec robari occaxione ipsius datii ... aliter dictum hospitale remanebit inhabitatum et peregrini non invenient hospitale aliquod super itinere Francischo per spatium predictum.

Il duca trasmette questa supplica al referendario nostro Cumarum. Se l'esposto è esatto l'esenzione verrà accordata [19]).

Copia fondo Motta, arch. st. Bellinzona da Cod. Bellasi dall'arch. S. Maria Lugano.

43. Il nobile Stefano Bosia fa un prestito al comune di Rancate.

1398 ottobre 28, Mendrisio.

Vicinantia comunis et hominum et singularum personarum de Renchate plebis Ripe sancti Vitalis ... in burgo Mendrisii in domo habitationis mei notarii infrascripti pro infrascriptis omnibus specialiter faciendis, precepto et impoxitione Antonioli f. q. Fredoli de Martello de Renchate et Iohannini f. q. Comoli de Cagino amborum consulum dictorum comunis et hominum de Renchate. Oltre i consoli sono presenti 5 omnes vicini dicti comunis de Renchate qui sic convocati et congregati asseruerunt ... se fore due partes et plures trium partium omnium vicinorum dicti communis et qui representant totum dictum comune de Renchate. Il comune si impegna a pagare entro due mesi 23 fiorini al domino Stefano Busie habitatori burgi Mendrisii f. q. domini Henrici de Busionibus de Mendrisio, occaxione depositi. Garanzia dei consules, vicini et singulares persone remotis legibus ... comunis Cumarum vel alterius comunis. Tra i testi: Belotus de Saltrio servitor Cumanus. Ibique statim dominus Martinus de Lanzo consul Cumanus iustitie ad signum bovis condemnavit ... Ego Henrichus de Ronago notarius Cumanus ...

Perg., arch. st. Bellinzona, Cart. Tic.

---

[19]) 1397 febbraio 22. Il referendario di Como, Palottus de la Nuce trasmette a sua volta la supplica a Bartolomeo Barbavara, vicario di Lugano. — Copia del fondo Motta da Cod. Bell.